

juvenes in statu viso 8 mm fere longi, oblongi, apicem basinque versus angustati, paulo ultra dimidium perianthio cinctum.

Colombia: Sucre, Terr. del Caquetá (10. Juli 1926 — G. WORONOW et S. JUZEPCZUK n. 5862).

Die Art liegt in einem ungünstigen Stadium vor, in dem die Zugehörigkeit zur Gattung, die mir indessen kaum zweifelhaft erscheint, sich nicht mit Sicherheit feststellen läßt. Sie schließt sich an *T. Weberbaueri* an, die sich durch die stark vorgestreckten, breiteren und längeren Fiedern, vor allem durch die breiten Endlappen und die nur wenig ausgerandete Unterlippe der Gruben unterscheidet.

Nach der Beschreibung erinnert *T. multisecta* auch an *Geonoma metensis* Karst., jedoch sind deren Fiedern viel breiter, wobei die apikalen Segmente die übrigen noch übertreffen, ihr Pedunkulus ist nur mit 1 Fuß Länge angegeben, die Beschreibung der Unterlippe trifft nicht auf die vorliegende Art zu. Nach den Angaben über die Staminodialröhre gehört *Geonoma metensis* anscheinend zu dem Subgenus *Eugeonoma*.

Taenianthera gracilis Burret nov. spec. — Palma acaulis, gracilis, frondibus circ. 8 contemporaneis, parvis. Petiolus quam lamina longior, 40 cm longus, basi in vaginam dilatatus, dorso triangularis, circ. 3 mm ad apicem latus. Lamina tenuis, utrinque fere concolor, ambitu elliptica, 30 cm longa, nervis primariis 24 utrinsecus percursa, rhachis circ. 18—22 cm longa. Segmenta utrinsecus 3, rarissime 1 vel 2 angustis interpositis, sigmoidea, acuminata, infima 14—18 cm, suprema circ. 12 cm in margine superiore longa, normaliter circ. ad 4—4,8 cm lata, inter se circ. 3—4 cm dissita. Nervi primarii sequentes ad 8 mm dissiti, secundarii subtus duplo circ. validiores, leprosi. Spadix simplex, florifer visus 32 cm longus, fructifer 88 cm. Pedunculus longus. Spathae anguste cylindricae, superior ad 20 cm circ. longa, inferior brevior. Spica 6,5—15,5 cm longa, inter tenuiores, apice nonnihil, tenuius spinosa. Axis florifera ipsa 3 mm in diam. Foveae sat densae, in seriebus paulo axin versus inclinatis 7 dispositae, ejusdem seriei sequentes inter partes aequales circ. 3 mm dissitae. Labium inferius nonnihil protractum, apice emarginatum, extus dense striatum, superius vix productum, sed margine tenui, praecipitata. Flores ♂ sicci sub anthesi in calyce 2,5 mm, in corolla 4 mm fere aequantes. Sepala glumacea, sicca straminea, laevia, oblongo-lanceolata. Petala oblonga, viridia, extus nervoso-striata. Stamina nonnihil exserta. Filamenta ad genu petala longitudine aequantia, connectivum demum explicatum cum filamento rectilineam sine ullo angulo formans, loculis aequilongum.

Loculi breves, $\frac{1}{2}$ mm paulo superantes. Flores ♀ juvenes ambitu ovales. Tubus staminodialis profunde digitatus, lobis linearibus. Stigmata brevia, dilatata. Fructus ovales, apice umbonati, basi breviter stipitati, 8×6 mm, distinctissime tuberculati vel potius brevissime lineolato-tuberculati. Perianthium fructiferum 4 mm altum. Pericarpium pertenuae, vix $\frac{1}{5}$ mm in diam. Semen 6×5 mm.

Brasilien: Amazonas, südl. Rio Iça. brasilianische Grenze. Stammlos, „Ubim“ (April 1930 — leg. CARL LAKÓ n. 10, com. G. HUEBNER n. 142).

Schließt sich an *T. acaulis* an, von der sie sich wie auch von *T. tapajotensis* schon durch die kleinen Wedel unterscheidet, von ersterer weicht die Art auch durch die in viel weniger Reihen angeordneten Gruben ab.

Astrocaryum guara Burret nov. spec. — Frondis rhachis fusco-partim etiam albido-furfuracea, spinis nigris, applanatis, circ. 1—2 cm in rhacheos fragmentis visis metientibus armata. Segmenta superne latitudine atque longitudine decrescentia, apicalia 30 cm longa, 11 mm lata, superiora in eadem planitie fere inserta, sed conspicue irregularia et aggregata, magis inferne sita plura per greges disposita atque in directionibus variis abeuntia, maxima visa circ. 1 m longa, 3,5 cm lata, basi anguste reduplicata, superne sensim angustata, bifida, apicibus valde inaequilongis, omnia i. s. supra atroviridia, subtus alba, ad margines spinis nigris, tenuioribus, 7 mm circ. longis ciliata, ceterum utrinque inermia, subtus nervis minutis, sed bene conspicuis densissime longitudinaliter percursa. „Spatha clavata, aculeatissima.“ Spadicis pars superior 66 cm longa visa usque ad basin ramis ∞ instructa. Rhachis crassa, longitudinaliter canaliculata atque acute angulosa, ut rami oculo inermi i. s. albida, subglabra, sub lente albido- et leviter fusco-furfuracea, aculeis sparsissimis nigris, minoribus. Rami in parte inferiore flores ♀ gerentes tantum visi ad rhacheos apicem 5—6 cm, inferne 16—21,5 cm longi, majores flores ♀ 6 plerumque gerentes, inter validiores, sub fructibus ad 7 mm dilatati. Fructus oblongi vel potius obovato-oblongi, cum perianthio i. s. 4,3 cm longi, 2,1—2,4 cm lati, a tertio superiore in apicem acutati, in rostrum minutum, tenue, breve — circ. 2 mm — exeuntes, inferne nonnihil producti. Perianthium fructiferum cupuliforme, a fructu ibidem tenui \pm patens, 6—7 mm altum, 11 mm in diam., glabrum. Calyx et praecipue corolla in lobulos multos fissa, corolla calycem conspicue superans. Epicarpium i. s. flavidum, nitens. Mesocarpium fibris sat densis percursum. Endocarpium elongato-obovatum, $3,3 \times 2$ cm.